

Quod dominum Ludovicum, quod de continentia sibi locus honestus et spatium quinque leucarum in 71 Francia consignet, ubi commode, una cum suis, secundum libitum suum, stare, ire, venari et facere possit; et quoad apunctamentum suum pro eo et successoribus ejus tractetur latius per oratores domini archiducis, in sequendo ea quae prius per illos prolocuta et acordata fuerunt.

Reverendissimus dominus Ascanius, cardinalis, ex carceribus liberetur, et, ut sibi omnia sua officia et beneficia restituantur, christianissimus francorum rex illi omni cura et diligentia adsit et curet, atque proximis tribus annis idem cardinalis non nisi aut in Hispaniarum regis aut illustrissimi archiducis Philippri provinciis vitam degere et stare possit, et ad illud observandum serenissimus romanorum rex, futurus imperator, promittat suaque cæsarea maiestas his tribus annis durantibus cum serenissimo francorum rege, quod idem reverendissimus dominus cardinalis Ascanius amplius facere debeat conveniri.

Quod christianissimus francorum rex, omnibus servitoribus, profugatis, exilibus et affinibus mediolanensibus et aliis, qui Mediolanum cæsareæ majestati tanquam supremo domino subiiciuntur, faciet de bonis eorum rationem, secundum consuetudinem aliorum tractatum, sicut latius in conventu francofurtense, secundum æquitatem honestatem et rationem, determinabitur.

Item, quod serenissimus romanorum rex in proxima dieta francofurtensi una cum electoribus et ceteris principibus imperii, solemnitate ut moris est, christianissimum francorum regem aut ejus legitimos procuratores de ducato Mediolani investiat, accepto prius homagio et juramento consuetis, secundum consuetudinem sacri romani imperii.

Quod serenissimus romanorum rex, futurus imperator, omni favore, ope et consilio serenissimo francorum regi adsit, ut prædictum ducatum Mediolani et omnia sua regna, provincias, terras et dominia quae nunc possidet, pacifice et quiete absque molestia et inquietatione quorumeunque confœderatio amicabiliter fraterne conservare et augeri, atque, propter contractam utrimque affinitatem, haeredes ipsorum tranquilli haereditatibus suis perfui valeant.

Quod serenissimus romanorum rex, futurus imperator, policeatur et promittat, secundum omne suum posse, facere, quod principes atque status sacri romani imperii pacem illam approbent, ratificant atque confirmant in prima dieta imperiali, omni

fraude remota; et si quid in ista pace facienda aliud reliquum fuerit pro bono et honore utrorumque regum hoc tractetur solo sub bono beneplacito utriusque eorum amicabiliter.

Haec omnia et singula prædicti serenissimus romanorum rex in fide et verbo suo regio, et reverendissimus dominus cardinalis rothomagensis, vigore mandati et procuratorii sufficientis, quod a christianissimo francorum rege habuit ejusdem nomine, promiserunt et juraverunt, per præsentes promittunt et jurant, bona fide, sine omni dolo et fraude, firma, rata et grata perpetuo habere et tenere ac inviolabiliter observare et adimplere; in quorum fidem et testimonium præsentes articuli duplicatum, scripti manibus propriis serenissimi romanorum regis et reverendissimi domini cardinalis rothomagensis, subscripti et sigillis illorum muniti, ad euilibet eorum exhibiti sunt.

Auctum in palatio episcopali civitatis Tridentinae anno milesimo quingentesimo primo, die 13 octobris.

sie signatum MAXIMILIANUS etc.  
Cardinalis Rothomagensis etc.

Collacio facta cum originali hac die 18. aprilis 1502 per me Robertet.

È da saper, che ditto cardinal Roan stete in 72 Trento zorni . . . , et concluseno li capitolli tra lhorò; poi si partì e vene per la via di Ponton, a Peschiera; e sier Zorzi Corner ave licentia di retornar a Verona. Il re di romani *etiam* si partì con sier Zacaria Contarini; et è stà rimesso a una dieta, si ha a far a Franchforl, tratar la materia *in re christiana*.

Et a Lion si dia trovar il ducha di Barbon e' la duchessa, e l' archiducha di Bergogna, el ducha di Savoia, el marchese di Monfera' e la mojer, e il ducha di Loreno, et molti altri signori, et li oratori ungariei, sono andati per far le noze dil suo re in una parente dil re, di caxa di Candala.

*Questa è la lista di monsignori, protonotarij, conti, marchesi e oratori, che doveano accompagnar il cardinal Roan in Alemagna.*

El reverendissimo cardinal Roan, di caxa di Ambosa,

monsignor da Bignon, so fradelo,  
monsignor di Ranel,  
monsignor di Mortomar,  
monsignor el baly, capetanio di sguizari,  
monsignor Corsol, capetanio di 200 arzieri,